



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

xij. Ad exsiccandam pituitam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

tidie globulos septem ex hircina carne dabis per quinq. dies: ad ultimum globulum dabis fel cum lachryma ceruina & bitume Iudaico , quantum capit tui gladij mucro , idque in carnem suillā elixam inferes: aut ex synopide tres globulos dabis: aut fel bouis, & fel cerui, & bitumen Iudai-  
cum , mista cum carne edenda præbebis accipitri.

*Ad cholera.*

**S**I cholera infestetur , signa hæc sunt. Liquorem viridem euomit . ita purgabis. Betonicæ sextulam , apianæ radicis si- liquam , mellis ligulam , atramenti sepiæ ligulam , vini probi quantum satis sit , vna contundes , & cum videbis ipsum bilem euomentem , tum hac compositione spar- fas offas septem primo die ex carne dabis, secundo quinque, tertio treis.

*Ad exsiccandam pituitam.*

**C**OCCVM gnidium purgatum contun- dito & subigit, usque dum in butyri lentorem redactum sit , ex quo globulos quinque cōficies, quos melle sparsos dabis ex carne qualibet : quos ubi accipiter sum- pserit, ad solem exponatur, statimque redet omnem bilem & pituitam : deinde

septem pilulas cocci gnidij, & granum piperis, simul contundes, & in offas conformabis, ac accipitri dabis.

*Ad stertentem & recinentem ex pectore.*

**S**i accipiter ex pectore sic infestetur, ut voces elisas mittat, ita cognosces. Videbis caput aggrauatum, oculos cōniuentes. hoc remedium adhibebis, quod continet ceruinam medullam magnitudine auellanæ, sandarachæ siliquam, baccas lauri binas, olei Hispanici ligulas duas, mellis boni ligulam, oui vitellum, vini veteris ligulam: simul immiscebis in poculum, ex quo bibere solet, tum per quinque dies in carnes, quas edit accipiter, inferes.

*Aliud.*

Semen raphani, piper cum absinthio, trita in eius cibum indito. Vel garum & mel mista, & in subrumi catuli carnes insita ipsi dabis. Quod si cibum attingere nolit, etiam in uito ei dabis, donec recipiat sanitatem. Cum carnes accipiter cum labore euomit, scito illū ex pectore laborare. hoc remedio curabis, quod recipit vitellū oui, olei Hispanici quantum satis sit, vini veteris tantudem. hæc omnia tertio, ex carne præbeto accipitri comedēda, offasq. hoc